



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

115. Decisio Sacrae Rotae Romanae coram R. P. D. Albergatp in causa
Trullen. matrimonio. Mercurii 15. Ianuarii 1653.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

terminis Suarez de Relig. tom. 3. lib. 7. cap. 1. n. 8. Nauarr. lib. 3. dicto consl. 26. num. 19. & sequent. de Regul. Tam pariter quia admissio etiam sine veri praediuicio, quod Petrus habitum gestauerit, alioque actus solis professis conuenientibus fecerit spatio longissimi temporis praetermissio quod aliqui gesti fuerunt durante eadem causa metus, dum adhuc uiuebat Patruus, ideo uti meticulosi non sunt habendi in consideratione ex supra allegatis. Ex his multa tamen inducta fuit sufficiens ratificatio, nisi Petrus sciebat ex illis resultare tacitam ratificationem, & in simul opus est, quod gesta sunt cum animo ratificandi, quod in casu nostro consideratur, ut tenent Sanchez dicta disp. 37. num. 9. Ca. iet. ibi 2. quest. 189. art. 5. Nauarr. dicto consl. 26. numer. 18. & consl. 28. numer. 7. de Regul. & Consuet. 4. num. 74. vers. Quoniam autem tria eodem rit. ac in manuali cap. 12. num. 17. Gratian. discept. 440. numer. 2. cum aliis late deductis in dicta Vlixbonen. 10. Decembris 1646. §. nulla adest quidem ratificatio. Tum denique quia ad inducendam praedictam ratificationem concurrere debebat etiam consensus Religionis cum ipsa in praesenti de casu emissam professionem ante praesentem ratificationem rececit, tunc enim non potest Nouitius professionem ab initio nullam ratificare sine nouo consensu Superioris, ut conciliando contrarias opinionem firmant Surd. consl. 364. n. 47. cum segg. Less. de Inst. & Iur. lib. 2. cap. 4. dub. 6. sub n. 66. in fin. versic. Aduertit tamen, & late comprobatum fuit in mox allegata Vlixbonen. nullitatis professionis sub §. quibus addebatur.

14. Ultra quod omnes actus adducti uti aequiuoci, & non concludentes nullius sunt momenti, dum habemus expressum Petri dissentium, qui facit cessare tacitum consensum ab eis aliquo modo resultantem ex adductis per adden. ad Greg. dec. 385. n. 6. post med. vers. Excluditur autem & dec. 705. n. 3. part. 2. recent. ac dec. 60. n. 14. & segg. post Yuiian. de iure patr. cum aliis in terminis deductis in d. Vlixbonen. nullitatis professionis 16. Iunij 1642. §. Nec dicta coram Reuerend. Salamantino, & 10 Decembris 1646. §. cu ergo praesumptio coram bon. mem. Arguelles.

15. Nec aliqua vis fieri potest super petitione scutorum 10000. facta per Petrum, super qua totum consistebat fundamentum partis, dum in ea asseritur ipsum fecisse solemnem professionem. Quia praetermissio quod dicta asseritio professionis intelligi potest de facto, non autem de iure Rota in Romana, seu Velierna assidua 15. Martij 1652. §. memoriale coram R. P. D. meo Bichio, dicta peritio emanauit a quodam Procuratore carente mandato procurat. ideo nullo modo potuit Petro praediuicare Castr. in non solum n. 2. ff. de Procur. Gregor. dec. 407. n. 3. cum aliis late relatis in dec. 659. n. 5. coram Merlinio, praesertim quia huiusmodi summa soluenda non erat post emissam professionem, sed quotiescumque Petro obtulerit occasio alicuius muneris honorifici, tam in Religione, quam extra. Vnde dum facta fuit dumtaxat ad consequendum commodum praedictarum pecuniarum nullo pacto importare potest ratificationem professionis, ut tenent Rota in dicta Messanen. nullitatis Professionis 23. Maij 1642. coram R. P. D. meo Peuringero §. pariter non obstat dixerunt, & in dicta Vlixbonen. 10. Decembris 1646. §. maxime cum non sit probata. Et in omnem casum semper obstant conclusiones contra tacitam supra adducta, & praesertim regula, ut non possit ratificari, quod de iure ab initio non subsistit ad d. text. in consuetudinibus de reg. iur. in c. cum aliis in dicta Vlixbonen. 11. Iunij 1642. coram Reuerendiss. Salamantino.

16. Denique non obstat conclusio, quod in dubio facienda est interpretatio, ita ut professio iustineatur. Quia illa praecedit quando dubitatur de validitate ex alio capite, quam ex defectu consensus, prout in praesenti, quod stante Imper facienda est interpretatio pro libertate personae, Rel. ff. consl. 78. col. 2. vers. Nec me contur-

bat, Deus autem voluntarios sibi eligit milites cap. non est 1. q. 5. a. Et vero seruicia conueniunt etiam verbi 23. q. 6. & aduertit Rota in dicta Vlixbonen. nullitatis professionis 29. Iannarij 1646. sine. Et ita, &c. Vtraque, &c.

DECISIO CXV.

Sacrae Rotae Romanae coram R. P. D. Albergesto.

In causa Trullen. Matrimonij.

Mercurij 15. Iannarij 1653.

§. 1. Summorum Pontificum monitis, & aliorum Principum suasionibus indulgens boni mem. Henricus II. Lotharingie, & Barri Dux Serenissimum D. Nicolaem filiam primogenitam, Ludouico Guisio sponsam, ad tollenda dissidia, quae inde ex futura Ducatum successione excitari poterant, inquit tradere promisit Serenissimo D. Duci Carolo Francisci Principis Vallemontani sui fratris filio primogenito, & Doralis desuper corfecto instrumento vices Patrochij gerente Patre Dominico Ordinis Discalceatorum viro eximia pietatis, de mandato Fel. record. Pauli V. & Greg. XV. in illis partibus ad hunc effectum degente, fuerint eosdem adstantibus Serenissimis vtiique Parentibus, multisque Principibus sanguine coniunctis, cum nobiliori Procerum caterua contractum die 22. Maij 1611. per verba de praesenti matrimonium, quod hilari Ciuium, popularique plausu exceptum, in festo Sanctissime Trinitatis proximo, praevia dispositione Apostolica repetitum, ac denuo in Capella Ducali a Reuerendissimo Episcopo Trullen. solemnizatum fuit, & licet illud per subsequutam quoque copulam consummatum, ex inuidua vitae consuetudine vsque ad nouissima Lotharingia bella, ac postmodum ex litteris, aliisque actibus maritalem affectum redolentibus videretur a Domino Duce Carolo comprobatum, ipse tamen de anno 1646. varias causas deducendo, & praecipue metum sibi a Patre incullum dedit de nullitate matrimonij, & eius validitatem tuente D. Ducissa Nicolae, ad probandum incumbentia, fuerint vigore remissoria vti que ab hoc sacro Tribunali concessa, hinc inde plures examinati testes, quorum depositionibus hodie diligenter excussis, & mature consideratis, Domini unanimiter censuerunt constare de validitate matrimonij, quandoquidem seruata forma tam in dispensatione Apostolica, quam in Saero Concilio Tridentino praescripta sess. 24. c. 1. de reform. apparet celebratum, ac initum mutuo amborum coniugum interueniente consensu, ex quo proinde validum censeri debet, ad text. in c. sufficit 27. q. 2. c. finit vtrum c. cum apud c. de sponsalibus, c. licet de spons. duorum Sanchez. de matr. lib. 1. disp. 15. n. 2. Rot. coram Buratto dec. 713. dec. 893. per tot. & dec. 197. part. 4. dec. 130. n. 15. par. 6. rec. Matrimonium enim a consensu in totum dependet, ab eoque seu verbis, vel signis exterioribus expresso formam recipit. D. Thom. in 4. sent. disp. 26. q. 2. art. 1. & ex eo notat Suar. ad 3. part. tom. 3. de Sacram. disp. 2. sect. 1. Paludan. in 4. distinct. 1. q. 4. Card. Bellam. de Sacram. matr. lib. 1. controu. 2. cap. 6. Castro Pal. oper. moral. part. 5. disp. 2. punct. 3. n. 2. Rot. decis. 124. n. 1. & 2. part. 7. rec. & in Neapolitana matrimonij 1. Iunij 1650. in princ. coram Reuerendiss. D. meo Taracoenen. confirmata 13. Maij 1651. coram Eminentiss. D. Card. Corrado.

2. Nec vrget quod omnis solitis denunciationibus fuerit contractum, ne in libro Patrochi legatur descriptum, quia ad vtrumque facilis patet responsio; Denunciationes enim in indulto dispensationis expressae remittuntur, & cum non sint de substantia, sed ad bene esse, eorum defectus matrimonium non irritat, ut sapienter censuit

fuit Sac. Conc. Congregatio, & tradunt Hond. *conf.* 72. n. 23. lib. 2. Sanch. *de matr. lib. 3. diff.* 5. nu. 3. Gratian. *discept.* 83. n. 7. Nauarr. *in manual. c.* 22. *lib.* 7. 70. Barbol. *de off. & potest. Episc. allegat.* 32. n. 1. Rot. *coram Seraph. decif.* 1099. n. 4. *coram Cauat. dec.* 444. n. 3. *coram Buarat.* 10 dec. 30. n. 15. *in recent. dec.* 71. n. 11. *part.* 1. *dec.* 390. n. 5. *part.* 2. *dec.* 430. n. 11. *part.* 4. *tom.* 2. *dec.* 493. *num.* 16. *part.* 5. *dec.* 273. n. 3. *part.* 6. *in Valentino illegitimitatis* 16. *Martij* 1612. *coram Sanctiss. D. N. Innocentio X.* & *in Bononien. fideicommissi Bartholomæi de Bolognini* 12. *Maij* 1641. 8. *nec quicquam coram Reuerendiss. Terracinen.* *provt nec omiffa illius adnotatio quicquã facit,* *nam licet ob huiusmodi incuriam Parochus incurrit culpam lethalem Sanch. de matr. lib. 3. diff.* 15. *nu.* 22. Barbol. *de off. & potest. Paroch. cap.* 7. n. 8. & *de off. & potest. Episc. d. alleg.* 32. n. 174. non tamen exinde aliquot partibus resultat præiudicium, quæ non prohibentur alijs documentis matrimonium iustificare Grat. *discept.* 653. n. 63. & *fuit dictum in Regina Casprum* 5. *Iulij* 1651. 8. *Nec refragantur coram Reuer. D. meo Decano, vel testium depositionibus, vt hic illud probare cuper eo il. 2. vbi Abb. de testib. Sanch. de matr. lib. 3. diff.* 41. & *firmat Dec. conf.* 163. *Soc. l. m. conf.* 31. n. 5. *lib.* 2. *Roland. conf.* 93. n. 4. *vol.* 3. *Rot. dec.* 26. *per totam part.* 1. *dinerf. decif.* 772. n. 1. *part.* 2. *recent. coram Verall. decif.* 205. *part.* 2. *coram Seraph. decif.* 1099. n. 2. *coram Buarat. dec.* 143. n. 1. *dec.* 530. *in princ. cum alijs in dicta Neapolitana matrimonij* 13. *Maij* 1651. *coram Eminentijs. Dom. Card. Corrado, & in Bononien. fideicommissi Bartholomæi de Bolognini* 5. *Iulij* eiusdem anni *coram Eminentijs. D. Card. Otobono.*

3. Minus officit, quod matrimonij solemnia non à proprio Parocho, sed à Domino Episcopo Trullen. peracta fuerint, quia illius præsentia, de qua deponunt plures testes, omnem (si quis adesse) super defectum, etiam si foret casualis, & fortuita Giouagn. *conf.* 59. n. 11. *lib.* 1. *Boll. de matrimon. cap.* 3. *num.* 6. *Gutierrez eodem tractat. cap.* 69. *num.* 10. *Sanch. vbi supra d. lib.* 3. *disputat.* 39. *num.* 11. *Bonac. de Sacram. matrimon. quest.* 2. *punct.* 8. *num.* 18. *Ceual. comm. contron. quest.* 604. *num.* 66. *Barbol. de off. & potest. Paroch. part.* 2. *cap.* 21. *numer.* 10. *de off. & potest. Episcop. dist. allegat.* 32. *num.* 88. *Rot. coram Seraph. dist. decif.* 1099. *sub num.* 5. *coram Buarat. decif.* 713. *numer.* 10. *decif.* 124. *num.* 17. *part.* 7. *recent. & in Vlixbonen. matrimonij* 16. *Novembri* 1622. *coram bon. memor. Patriarcha Manzanedo,* Cessatque difficultas, quia ordinarius vti Parochus Parochorum, quemadmodum animaduertit decifio super remissoria edita 16. *Iulij* 1648. *coram Reuerendiss. Terracinen. ritè potuit huiusmodi munus obire iuxta dispositionem Sac. Concilij Tridenti dist. sess. 24. cap. 1. de reform. Sanch. de matrimon. lib. 3. disputat. 28. num. 1. Ponc. eod. tractat. lib. 5. cap. 10. num. 5. *Boll. vbi supra cap.* 4. §. 18. *num.* 49. *Layman. lib.* 5. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 5. *vers.* adde 3. *Vgolini. de off. & potest. Episcop. cap.* 15. §. 10. *num.* 2. *Barbol. eodem tractat. dist. allegat.* 32. *num.* 117. & *de iur. Eccles. vniuers. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 89. Est quod Capella Ducalis ab eius iurisdictione dicatur exempta, exemptio enim, vt patet ex lectura, Præpositos, Canonicos, & bona eiusdem Ecclesie dumtaxat respicit, non autem comprehendit curam animarum, nec Populum sub ea degentem, ad text. *in cap. cum Capella vers. quocirca de priuileg. Lap. allegat.* 139. *numer.* 13. *Tambur. de iur. Abb. disputat.* 15. *quest.* 7. *num.* 4. *Cochier. de iurisd. dist. in exempl. part.* 1. *quest.* 13. *num.* 4. *Locher. de re benef. lib.* 1. *quest.* 24. *num.* 112. *cum segg. & signamer nu.* 118. *Rot. coram Seraph. decif.* 1058. *num.* 6. *coram Penia decif.* 462. n. 13. *in recent. decif.* 324. *num.* 6. *part.* 1. & *in Rossanen. exemptionis* 7. *Iulij* 1641. *coram Reuerendissimo Salamantino,* & illa etiam de iure communi li-*

berat tantum à lege Diceciana, quæ consistit in recipiendo Cathedatico, decimis, & similibus, non autem à lege iurisdictionis circa subministracionem Sacramentorum versantis, *Cochier. vbi supra part.* 1. *qu.* 16. *n.* 1. & *p.* 2. *g.* 4. *n.* 17. *Bellincin. de Charit. subf. d.* 18. & 19. quæ propterea in subditos extra propriam quoque Dicecelum exercere potest, *Bonac. de Sacrament. matrimon. dist.* 3. 2. *punct.* 8. *num.* 13. & 14. *Coninch. eodem tractat. dist.* 27. *num.* 22. *Sanc. d. lib.* 3. *disp.* 19. *nu.* 19. *cum alijs singulis per Barbol. de off. & potest. Episcop. citata allegat.* 32. n. 95. *de off. & potest. Parochi part.* 2. *cap.* 21. n. 58.

4. His ita constitutis, & validitatem matrimonij præferebant, non obstat metus ad illud infingendum, & eductus, quia non probatur ex testibus ad instantiam D. Ducis Caroli examinati; nam ferè omnes sunt eius domestici, famuli, vel ipsius Castri merentes ad text. *in c. ex literis de testib. lib.* 2. *C. eodem Alex. conf.* 150. n. 14. *lib.* 5. *Ruin. conf.* 29. *nu.* 5. *lib.* 5. *Menoch. conf.* 714. n. 23. *Fatin. de testib. quest.* 55. n. 1. & *segg. Rot. coram Buarat. decif.* 553. *num.* 7. *coram Duran. decif.* 148. n. 5. *in re. en. decif.* 16. *num.* 8. *part.* 6. & *in Region. Lucif. paronatus* 18. *Martij* 1639. *coram bon. memor. Cardinali Panziolo,* aliqui non fuerunt induti in Curia, & sic contra formam in literis remissorialibus præscriptam, statutum §. in nullo quoque, vbi D. D. de rescript. *in* 6. *Rot. decif.* 466. *num.* 1. *decif.* 655. n. 3. *part.* 2. *decif.* 156. *num.* 6. *part.* 6. *recent.* alij cum extra locum in eis præstitum fuerint recepti, & licet dicuntur examinati, vt firmant relati per Modern. *de manut. obseruat.* 94. *num.* 28. *vers.* *provt nec testes Rot. dec.* 30. *de rescript. in nou. coram san. memor. Gregor. XV. dec.* 518. *num.* 10. *coram Cauat. decif.* 410. *num.* 5. & consequenter metum articulatum non probant, *Rot. coram Man. decif.* 142. *num.* 4. *vers.* *sed non modo coram Coccino decif.* 119. *in princip. & decif.* 430. *num.* 58. *decif.* 516. *nu.* 16. *part.* 5. *Etque minus quia sunt de auditu c. lice. ex quadam c. iam literis, de testibus Bald. conf.* 406. *sub num.* 2. *vol.* 4. *Aym. conf.* 112. *num.* 12. *Verall. decif.* 264. *num.* 8. *part.* 3. *cum congestis in Bononien. separationis thori* 10. *Iulij* 1630. §. *at ab informantibus coram Reuerend. P. D. meo Bichio,* & *in Tridentina matrimonij* 11. *Martij* eiusdem anni §. *que vero coram me,* nec specificè qualitates, & circumstantias metus assignant, vt necessarium est, omnes enim (primo excepto, plures, vt infra patiente exceptione) deponunt dumtaxat D. Ducem Carolum vi, seu iussu Farris fuisse ad matrimonium impulsum, quæ generica probatio non suffragatur l. 2. & 3. *l. ad inuidiam* 6. *vbi Bart. & l. sequenti l. metum* 9. *C. de eo quod met. caus. l. rimorem* 7. *ff. eod. l. interpositas* 13. *C. de transact. Alex. in l. si cum dorem* 23. §. *eo autem tempore num.* 11. *ff. soluto matrimonio Farin. part.* 2. *fragm. verb. meus num.* 168. *Mongol. de met. cap.* 10. §. 2. *num.* 2. *Afflict. decif.* 140. *numer.* 15. *Caputaquen. decif.* 22. *num.* 2. *part.* 2. *Buarat. dec.* 628. *num.* 3. *Rot. decif.* 463. *num.* 3. *part.* 2. *decif.* 516. *nu.* 17. *part.* 5. *recent. & in Colonien. seu Truiren. nullitatis professionis* 15. *Decembris* 1648. *coram Reuerend. P. D. meo Cerro,* siquidem impulsio nihil aliud est, quam incitatio, & suasio ad contrahendum, licita parentibus, ac permilla, vt ex D. Thom. *in* 3. *part. summa in addic. quest.* 47. *art. vltim. in resp. & Sot. in* 4. *dist.* 29. *quest.* 1. *art.* 4. *tradit Menoch. conf.* 69. n. 41. *Sanc. de matr. lib.* 4. *disp.* 22. n. 1. *Cardin. Bellarm. lib.* 1. *eo tract. cap.* 19. *propof.* 3. *Gutierrez vbi supra cap.* 79. n. 5. *Offred. in summ. tit. de despons. impub. n.* 12. *Sperell. decif.* 75. n. 22. & 75.

5. Primus verò testis præterquam quod est gnicus, cubicularius D. Ducis Caroli, in Curia nõ inductus, & extra locum remissorie examinatus, non releuat, dum ait per Franciscum fuisse vi, & metu expulsiõis e do-

in cap. super hoc de renunciat. Quia non procedit, quando pro validitate matrimonij, & libero consensu præsumptiones concurrunt, & coniectura Dec. in cons. nal. num. 25. & 26. de appellat. Burlatt. cons. 72. num. 43. lib. 1. Cepoll. cons. 2. num. 14. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 50. num. 26. Sanchez de matrim. lib. 4. disp. 27. num. 2. & 7. Boll. eadem tractat. cap. 12. num. 397. & segg. Patil. de resignat. lib. 13. quæst. 1. num. 89. & 90. Gabr. de testib. conclus. 4. num. 16. & segg. Farinac. part. 2. fragment. verb. metus num. 157. & num. 174. plures autem in presenti, & vrgentissima afferuntur, quia ultra præsumptionem iuris, quæ stat pro exclusione metus l. interposita 13. de transact. l. 2. C. de his que vi. &c. præsertim in Patre erga filium Sanchez. ubi supra dicto lib. 4. disp. 6. num. 8. vers. verum fore omnes Ricc. dicta decif. 110. num. 8. Rota coram Verall. decif. 221. num. 8. part. 2. coram Manric. decif. 42. num. 2. coram Buratto decif. 628. num. 4. Concurrit mutua vtriusque Coniugis in actu desponsationis hilaritas, quam pro libertate consensus ponderat Patil. cons. 170. num. 21. & 22. lib. 4. Menoch. lib. 3. præsumpt. 4. num. 29. matrimonij geminatio idem Patil. cons. 10. num. 57. lib. 1. Aym. cons. 114. num. 8. Mandell. cons. 4. num. 57. Principum transfanguineorum, & aliorum procedit præsentia l. transfationem 35. ubi Ial. num. 1. C. de transact. Bart. in l. frater à fratre 38. num. 51. ff. de condit. indeb. Ruin. cons. 170. post num. 17. lib. primo Sanchi. de matrim. lib. 4. disputat. 27. num. 2. Menoch. lib. 3. præsumpt. 126. num. 4. Mascard. de probat. conclus. 1053. num. 23. Rota coram sanct. mem. Gregor. decif. 120. num. 24. coram Buratto decif. 783. num. 12. Domini Episcopi Trullen. & Patris Domini assistentia, & cooperatio, vt in terminis, quod ex interuentu Episcopi, seu alterius viri Religiosi omnis in matrimonio cesset metus suspicio tradit Cephal. cons. 91. num. 49. Caball. cons. 176. num. 10. vol. 1. Grammat. decif. 66. num. 64. Sperell. decif. 5. num. 26. Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. decif. 88. numer. 9. subsequuta copula cap. significauit de eo qui duxit, &c. cap. is qui fidem, de sponsal. Abb. in cap. veniens il primo num. 7. eodem tit. Patil. dict. cons. 170. n. 25. lib. 4. Sanchi. de matrim. dicto lib. 4. disputat. 18. num. 2. & 12. Buratt. dicta decif. 628. num. 7. longæua cohabitatio per spatium quindecim annorum cap. ad id, de sponsal. Ferret. cons. 340. num. 11. lib. 2. Neuizz. cons. 46. num. 32. Menoch. lib. 3. præsumpt. 4. numer. 24. Boll. de matrim. cap. 12. num. 390. Buratt. ubi supra Mant. dicta decif. 142. numer. 13. vers. reuio. Edicta vtriusque nomine publicata, monetæ vtriusque imagine cussa, literæ Domini Ducis Caroli, in quibus Domina Ducissa Nicolæ sapius amantissima sponsa, & coniux nuncupatur Ricc. in collect. 219. vers. item probari Crescen. decif. 12. de probat. Rota decif. 772. num. 7. & 8. part. 2. recent. coram Cardinali Millino decif. 75. num. 4. vers. 5. ex pluribus literis coram Buratto decif. 143. num. 23. & 24. dec. 192. num. 6. alique actus positiui longè per informantes recentis, qui post obitum Patris ab eodem gestis, & maritali affectum præferentes omnem præcedentis metus suspensionem excludunt Burlatt. cons. 98. num. 7. lib. 1. Menoch. cons. 15. num. 11. & 12. Petr. Albignan. inter cons. matrim. diuers. cons. 67. num. 9. lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 1023. & concl. segg. Cuttier. de matrim. cap. 40. num. 6. vers. verum & cap. 71. num. 12. Rota coram Caualer. decif. 444. n. 2. coram Buratto dec. 530. n. 6. & dec. 463. n. 3. vers. quoniam part. 2. recent.

11. Illa verò cum militent etiam pro libertate consensus Domine Ducissæ Nicolæ, cuius suspiria, & lacrymæ ad aliam causam per testes assignatam referri debent, non autem ad vim aliquam, quæ ei, vt huiusmodi sponsalibus assentiret, fuerit illata, quia hæc

non probatur; ideo alterius non indigent discussione, quæ de præterito metu illi incusso obiciuntur, præsertim quia ipsa matrimonium spontè, ac liberè initum profitetur, & mulieris declaratione non fuisse timore inductam affirmantis standum est, vt in terminis dixit Rota coram Buratto dicta decif. 628. num. 8.

DECISIO CXVI

Sacra Rotæ Romanæ coram Reuerend.
P. D. Zarate.

In causa Hieracen. Parochialis.

Veneris 24. Ianuarij 1653.

§. 1. Virgilius Galluccius ob non consequutionem possessionis Ecclesiæ Parochialis Sanctæ Catharinæ à Sede Apostolica obtentæ prætendebat continuationem suæ prioris possessionis in Parochiali Ecclesia Sanctæ Mariæ Veteris, seu sancti Blasij, quam Carolus Cæsareus etiam prouisus Apostolicus, & possessor contendeat: Idcirco per dictum Virgilium pro filius continuatæ possessionis iustificatione Remissoria obtenta, vt in decisione 4. Decembris 1651. coram me emanata, illiusque vigore factis probationibus, eisdemque in actis exhibitis, & dato dubio: Qui sit dandum mandatum de manutendo, Virgilio dandum esse Domini responderunt.

2. Constat enim de istius anteriori possessione ex publico instrumento illius apprehensionis vsque de anno 1628. Quæ possessio instrumentalis, alio tunc temporis non possidente, redditur manutentibilis l. prædia 48. ff. de acq. possess. l. non idcirco 12. C. de fid. instr. Rota dec. 506. n. 1. part. 1. diuers. & alibi passim.

3. Maximè, quia illius continuatio vsque ad ann. 1650. quo Carolus Cæsareus possessionem eiusdem Parochialis Sanctæ Mariæ Veteris, seu Sancti Blasij occupauit, ostenditur ex pluribus testibus mediante dicta Remissoria examinatis deponentibus prænominationum Virgilium possedisse prædictam Parochialem Sanctæ Mariæ Veteris, seu sancti Blasij vsque ad annum 1650. Quod certe sufficit ad probandam huiusmodi possessionem, cum possessio sit actus cadens sub censu corporis, & testis dicens, quod talis possidet, omnino detentationem probat Abb. in cap. cum causam de test. Rota in Vladislauen. manutentionis 5. Iunij 1648. §. quia ultra deducta coram Reuerendissim. Terracinen. Et regulare est, possessionem ex detentatione probari Innocent in cap. cum olim. de priuileg. & in d. Vladislauen.

4. Potissimè verò cum dicti testes deponant eundem Virgilium semper fructus exegisse, omniaque alia ad eius curam spectantia peregisse, præcipua argumenta possessionis, Modern. de manui. obseruat. 23. per totam, Rota decision. 131. num. 3. part. 1. recent. & coram Buratt. decision. 730. num. 4. & in præallegata Vladislauen.

5. Eiusdemque possessionis amissio indici non potest ex dimissione primæ Parochialis propter consequutionem secundæ sub inuocatione Sanctæ Catharinæ. Quoniam cum dimissio hæc facta fuerit in vim decreti de dimittendo inserti in secundâ prouisione Parochialis Sanctæ Catharinæ ob illius incompatibilitatem cum primâ: Inde sequitur, quod dimissio primæ sit correlative ad acquisitionem secundæ: Unde cum ex Testium depositionibus constet, acquisitionem istam suam non habuisse effectum, animus amittendi possessionem primæ Parochialis in Virgilio dimittere cessauit.